



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

12 De sacramento matrimonii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

## S C H O L I A.

- a** Gloss. ad can. presbyteros, ad verbum, Sanctificatio, 95. distinct. argumen. can. 1. & 2. de consecrat. distinct. 5. & cap. 1. de Sacra vntione.
- b** lib. 4. Sententiarum, distin. 2. Refert Gregorius Turonensis Episcopus, lib. 5. historia. cap. 7. Hospitium quendam nomine, virum sanctum, oleo benedicto vsu esse in sanationibus infirmorum miraculosis, & ab homine muto & surdo inunctis lingua & auribus, & vertice capitis, noxium dececisse demonium. Consentiant verba diui Iacobi & Apostoli, capit. 5. Infirmatur quis in vobis, &c. & Concilium Cabillanense. cap. 48. Beda, libro secundo. ca. 6. in Diuum Marcum, egrotos oleo consecrato inungi solitos quoque indicat. Constituit autem Carolus Magnus, libro primo, legum Francicarum, cap. 156. ut presbyter oleum in ampulla deferret ad inungendum infirmos. Dicitur & in Euangelio diui Marci, capit. 6. vers. 13. quod apostoli oleo ungebant infirmos, & bene se habebant, & sanabantur.
- c** Vide sanctum Thomam in 4. Sententiarum, dist. 23. articulo tertio. Gloss. ad can. presbyterum ad verbum, Sanctificatio, in fine. 95. dist.

DE SACRAMENTO  
Matrimonii.

## TITVL. XII.

- a** De matrimoniis tractatur, tit. de Spösalibus: & nos tractabimus lib. 3. tit. 21. infra. De nuptiis tractatur lib. 1. Institutionum Iustiniani. tit. 10. de ritu nuptiarum. lib. 33. P. tit. 2. de nuptiis. lib. 5. C. tit. 2. In Nouellis Iustiniani, Constit. 2. 19. 139. 154. 157. In Nouellis Leonis Imperatoris Græci, constituit. 24. 33. 79. 89. 90. 98. 100.

## C A P. I.

- 1** Matrimonium Sacramentum.  
**2** Consummatio duplex.
- M**atrimonium ¶ inter sacramenta connumeratur: sic enim Diuus Paulus

**A** ait, hoc esse magnum sacramentum in Christo, & in Ecclesia. **b**

In eo consummatio duplex. **c** Vna quæ fit, quoad matrimonii essentiam, quæ fuit facta in Paradiso a Deo, per cõiunctionem animorum, quæ designat conformitatem animæ ad Christum. **d** Et est quædam consummatio quoad sacramentum Christi ad Ecclesiam, per incarnationem verbi Dei in vtero virginali, quod designatur per illud matrimonium, quod est copula carnali consummatum. **e**

## S C H O L I A.

- a** Concilio Tridentino, Sessio. 7. capit. 1. & Sessio. 24. in prin.  
**b** Paulus Epistola ad Ephesios. cap. 5.  
**c** Explicat ita gloss. ad cap. ex publico. 7. ad verbum comunicatum, de conuersio. coniuga. lib. 3. tit. 2.  
**d** can. deinde apponitur, 26. dist.  
**e** Vt in cap. ex publico, de conuersio. coniug.

## C A P. II.

- 1** Quid matrimonium nomine.  
**2** Et substantia.

**M**atrimonium ¶ a matre potius dicitur, quod a filio matris ante partum onerosus, in partu, dolorosus: post partum laboriosus.

**D** Et est viri & scemine coniunctio, in diuam vitæ consuetudinem continens, diuini & humani iuris communicatio. **b**

## S C H O L I A.

- a** c. de conuersio. infidel. lib. 3. tit. 33. Et quamuis pater matre sit prestantior, & sexu, & dignitate, l. de Senatoribus, l. multis, de statu hom. tamen hac coniunctio non dicitur patrimonium, sed matrimonium: ideo quod matris munus; quia munus generationis maxime ex matre pendet, quæ conceptum in utero fetum diutius fert & nutrit. Vnde & proprium munus mulierum dicitur parere & matrem fieri, quia ad hoc natura eas progenuerat, ut fetus ederent. leg. 2. de Indict. viduit. tollen. libr. 6.

L

cap. 1. tit. 40. Et *Vlpianus maximum* & *A* *præcipuum munus esse feminarum, respondit, concipere & ineri conceptum. l. queritur. 14. §. 1. de adilit. edict. lib. 21. Cod. tit. primo. Sic contra, patrimonium a patre dictum, quod acquiritur, & labore paratur, quod proprium virorum sit laborare. Genes. 3. cap. in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et Horatius in Poetica.*

*Cōuersis studiis ætas animusq; virilis, Quærit opes & amicitias, inferuit honori.*

*Commisisse cauet, quod mox mutare laboret.*

*Ob robur maius sexui concessum, & quod cū minori sexus & pudicitie periculo, inter homines conuersentur, & negotiari facilius possint. Nam ut ait Ouid. epist. 18.*

*Vt corpus tenerum, sic mens infirma puellis.*

*Fortius ingenium suspicor esse viris.*

*b* *In prin. 27. q. 2. c. illud. de presu. §. 1. de patria potest. adde l. 1. de rit. nup. P. lib. 23. tit. 2. explicat. ca. 1. Beata Maria. 27. que. 2. quomodo intentio coniunctionis possit matrimonium efficere sine reali commixtione.*

### CAPVT III.

*1* *Matrimoniorum distinctio initiatum, ratum,*

*2* *Sponsalia.*

*3* *Coniugium ratum, legitimum, non legitimum.*

*4* *Primum repetitum.*

*1* **M**atrimonium ¶ seu coniugium interdum dicitur initiatum, cum sponsalia interueniunt: interdum ratum, quando copulati sunt coniuges. *a*

Sponsalia sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum, fides data, seu sponsio de matrimonio contrahendo. *b*

*2* Rursum *c* coniugium ¶ Aliud dicitur legitimum, & non ratum: Aliud ratum & non legitimum. Aliud legitimum & ratum.

Legitimum est, quod iuxta legalem constitutionem, vel ex moribus prouinciæ contrahitur. Hoc inter infideles ratum

non est, quia non est firmum, cum possit dissolui inter eos repudio. *d* Inter fideles seu Christianos vero, rata coniugia sunt, quia semel initiata & completa amplius dissolui non possunt. Horum autem quedam sunt legitima, cum vxor a parentibus eam tradentibus sponso, dotatur, & a sacerdote benedicitur: & hæc etiam legitima & rata vocantur. Illorum vero matrimonia, quia contentis his omnibus solemnitatibus, solo affectu aliquam sibi in coniugem copulant, non legitima, sed tantummodo rata esse creduntur.

Dicitur & matrimonium primum, & repetitum, vtrumque tamen receptum, & verum non tot priuilegia secundo, quot primo concessa sunt. Vt suo loco latius infra dicetur Deo fauente. *f*

### SCHOLI A.

*a* *can. statutum 34. §. fin. & can. cum initiatum 36. & can. 8. si quis desponsatam sibi 27. quest. 2.*

*b* *leg. 1. & 2. de sponsalib. can. nostrates 30. quest. 5.*

*c* *de hac diuisione habetur in can. fin. 28. q. 1. cui iunge principium questionis prima.*

*Et cum hac distinctione intelliges quomodo sacramentum matrimonii inter infideles & inter fideles consistat: quod explicatur in can. deinde 26. dist. in can. de infidelibus de consanguin. & affin. in ca. gaudemus 8. de Diuortis.*

*d* *vide de firmitate coniugii. ca. quanto 8. de diuort.*

*e* *can. penult. & fin. de secundis nuptiis.*

*f* *dicetur sub titulo de matrimonii & nuptiis, infra lib. 3. tit. 21.*

### CAPVT IIII.

*1* *Hominum ratione, connubii distinctiones, virginum, coniunctorum, viduarum.*

*2* *Ordo quis coniugium prohibeat.*

*3* *Coniugium inter infideles.*

*4* *Virginitas ex consilio.*

*§. Sacer.*

5 Sacerdotibus Gracis, quando licet uxorem habere.

6 Quando Romanis.

1 **E**cclēsia † habet virgines, a nuptas seu coniunctos, b viduos, seu viduas, c virgines matrimonium nondum expecte: cōiuncti matrimonium retinent: vidui matrimonio soluti sunt. d

2 Matrimonii † sacramentum ab ordinibus sacris separatur: idcirco quibusdam personis, ratione ordinis maioris, retinere vel ducere uxores fuit prohibitum: in minoribus ordinibus cōstitatis, permillum. e

3 Coniugii sacramentum † inter fideles & inter infideles est.

## S C H O L I A.

a Virginitas non est in precepto, sed ex consilio: ideo suaderi, non imperari debet, res magis voti, quam precepti. can. integritas, 32. quaestio 1. Vbi & glossa in simili notat, ideo non posse canonicos vel monachos cogi ad arctiorem regulam, quia id magis voti sit.

b Nuptie terram implent, virginitas Paradisum. can. nuptie. 32. qua. 1.

c cap. de viduis, can. vidua. 27. quaest. 1. can. deuotus. 20. quaestio. 1. can. presbyteri. §. 1. 34. distinct. cap. penultim. & fin. de secundis nuptiis.

d Possunt lectores & cantores in Ecclesia Catholica, etiam impune uxores habere ex can. Apost. 25. Et generaliter in minoribus ordinibus constitutos infra subdiaconatum, ad matrimonium peruenire non est prohibitum: in subdiaconatu & aliis maioribus, est prohibitum. Et si de facto peruenierint, uxores dimittere & penitentiam agere per suspensionis & excommunicationis sententiam, compelluntur. c. 1. de cleric. coniug. lib. 3. ca. 3. matrimonio nullo existente, & constituta poena priuationis beneficiorum. ca. sane, 4. c. diuersis 6. eod. tit. can. presbyterum 28. distinct. cap. 1. & 2. qui cleric. vel vouente: matrimonium accusare possunt. lib. 4. tit. 6. can. de illo, can.

placuit, can. contestant, & fere tota 32. distinct. Apud Gracos Orientales varium est: neque enim illi votum castitatis in sacris ordinibus admiserunt, & ideo uxores apud illos sunt sacerdotes, ut habetur in historia Tripartita, lib. 2. c. 14. & in can. Nicana Synodus, 31. distinct. apud Sozomenum. lib. 1. c. 22. Niceph. Calixt. lib. 8. c. 19. Statutum & apud eosde Gracos aliquando, ut sacerdotes abstinentes ab uxoribus tantum sacrificarent ex forma legis antiquae, in Synodo quadam sexta, c. 13. can. quoniam Romana 13. sub 31. dist. Licebat & retinere uxores ante promotionem acceptas. Aliter in Ecclesia occidentali seruatum, iuxta can. fin. 31. dist. Iustin. autem in §. sed etsi quis, de Nuptiis, Nouella 22. c. 42. lectori & cantori nuptias permittit. Alios autē clericos contractis nuptiis, cadere sacerdotio statuit. Et in §. unde sancimus. ca. 44. eiusdem Nouella 22. tradit conditionem marito ab uxore impositam capiendi relictum, si uxorem duxissent, deficere adueniente sacerdotio: nempe quod per illud omnis spes uxoris ducenda euanescat. Paterant tamen & ex Imperatorum Gracorum legibus, ordinari laici in presbyteros, episcopos, diaconos, aut clericos, qui uxorem legitimam duxissent virginem, eamque unicam, sed ordinati subdiaconi, diaconi, vel presbyteri, cum non haberent uxores, nullam uxorem accipere post ordinationem poterant, & si de facto accepissent, deiciebantur a clero, Episcopusque qui id fieri permisisset, ab episcopatu deturdebatur. §. clericos. c. 12. & §. si autem tempore 14. Nouelle 132. de sanctissimis Episcopis, dicto §. sed etsi quis. c. 42. de nuptiis in Nouellis, Et cū eadem distinctione id ipsum statuit Leo Casar Nouella 2. & 3. in qua 3. & commendatur eius temporis, quae ibi refertur consuetudo, quae licebat post adeptum sacerdotium intra biennium non ultra, uxorem ducere, statutumque in perpetuo esse debere coelibatu eum, qui non habuisset uxorem, sum ad sacerdotium ordinatus fuisset. Simi-

liter iure pontificio prohibitum, & nullum A  
est matrimonium cum monialibus, qua  
professe fuerint votum virginittatis & ca-  
stitatis. can. virgines. 27. distinct. Sacri et-  
iam canones antiquorum patrum prohib-  
ent in subdiaconum, diaconum, presbyte-  
rum ordinari quemquam, nisi prius emi-  
sisset votum perpetua castitatis. can. 1. 2. 3.  
4. 5. 6. 7. sub 28. distinct. Gregorius libr. 1.  
Epistolarum, Epist. 42. in fine. dum scribit  
Petro subdiacono, & libr. octavo, Epist. 40. B  
Neapolitanis nobiles & clero. Inno-  
centius secundus in Concilio Rom. cap. 5.  
in Concilio Toletano. capit. 1. Toletano 4.  
cap. 6. Arelatensi 2. Arelatens. 3. capit. 2.  
Aliquādo & Ecclesia Romana, antequam  
votum castitatis esset pro huiusmodi ordi-  
nibus definitum, permisit ex laicis uxorem  
virginē accipientibus, ordinari viros pro-  
bos, vel in diaconos, vel subdiaconos, vel  
presbyteros, vel episcopos. iuxta dictum A C  
postoli requirentis, in ordinato, ut esset u-  
xoris vnus vir. 1. ad Timoth. 3. vers. 2.  
& 4. & capit. 4. vers. 1. 2. 3. & ad Titum.  
cap. 1. vers. 6. Attamen eosdem post or-  
dinationem ob ministerium sacrum absti-  
nere a concubitu illarum iussit, & separa-  
uit, non quidem vinculum coniugale, aut  
effectum, sed commixtionē & thorum, nec  
consequenter eos admisit, nisi & ipsi in pro-  
posito venissent seruandi castitatem. can. D  
præterea placuit 7. & ca. 5. de Syracusana  
13. in princ. & in §. quia ergo 28. dist. Vbi  
& explicat Gratianus constitutum in lai-  
cals habitū, & in Minoribus ordinibus po-  
tuisse habere uxorem & filios: & si postea  
ex consensu uxoris continentiam professus  
fuisse, potuisse & subdiaconatum, diaco-  
natum, aut presbyteri gradū adipisci. Sicq;  
consensus uxoris iam habite requisitus, & E  
ut ipsa quoq; voueat castitatē perpetuam  
quamuis in seculo relinquatur. can. Epi-  
scopus 77. distin. nisi uxoratus ordinatus  
esset Episcopus, quo casu uxor eius tenere-  
tur ingredi religionē, cap. sane, de conuers.  
coniugator: vide capit. quod ate, de cleric.

coniug. quod laudare & probare videtur  
Iustinianus, §. neque autem secundus. c. 5.  
quomodo oportet ad episcopos, Nouella quin-  
ta. Facit can. eos ad sacrificia, 31. distinct.  
can. quoniam in Romani ordinis. 13. ea-  
dem 31. distinct. Neque in his casibus re-  
licta uxoris licebat alteri se matrimonio co-  
pulari ex Concilio Aureliacensi 1. ca. 15.  
can. quia sunt 10. & seq. si cuiquam 28.  
dist. Eo modo separati ab uxoribus ob sa-  
cerdotium, non sunt contemnendi sacerdo-  
tes uxorati, neq; prætextu religionis uxo-  
rem obuiere licet, can. 5. Apostolorum, &  
ex concilio Gangrensi. capit. 4. can. si quis  
docuerit 14. & sequentib. 28. distinct. vi-  
de can. penultim. 32. distin. Addit & Gra-  
tian. in dicto can. de Syracusana 13. §. fin.  
28. dist. Neocæsariensem & Anchiranam  
Synodos emendatas fuisse, qua non reuocau-  
bant in talibus ordinibus non uouentes ca-  
stitatem, can. presbyter, ca. diaconi, eadem  
28. distinct. Illud enim, inquit Gratianus,  
Neocæsariensis, vel Anchirana Synodi, vel  
ex tempore, vel ex loco intelligitur. Ex tē-  
pore, quia nondum erat introducta conti-  
nentia ministrorum altaris. Ex loco, quia  
utraque Synodus Orientalis est: & Ori-  
entalis Ecclesia, non suscipit generale votum  
castitatis, hoc tamen diligenti obseruatione  
custodit, ut post adeptum sacerdotium  
defuncta priore uxore, cum qua sacerdos  
factus fuerat, si alteram duxerit, depona-  
tur. Omnino etiam prohibuit Ecclesia Ro-  
mana, subdiaconum, & presbyterum u-  
xorem ducere: & ducentem Concilium  
Neocæsariense ab ordine deponi iubet, ca.  
1. & can. presbyter si uxorem 28. distinct.  
quod Glossa explicat de depositione officii,  
quemadmodum & exiit ecclesiastico  
beneficio. can. decernimus. can. de his. 28.  
distinct. vide de hac priuatione & pœnis  
presbyteri, diaconi & subdiaconi uxorem  
ducentis, Decis. 239. Capella Tholosana  
Panor. ad cap. at si clerici, de Iud. Bernar-  
dinū Diacon in Practica criminali cano-  
nū. c. 74. Extra quas pœnas notanda etiam  
est De-

est Decisio Calixti 2. in can. 8. can. presbyteris 27. distinct. ubi distinctio, an matrimonia talia de facto contracta nulla sint. In quo etiam articulo variarunt etiam leges Græcorum Imperatorum. Siquidem Iustinianus aliquando sancivit, in §. neque autem, capit. 5. Nouell. 6. quomodo oporteat Episcopos, ducentes uxores in huiusmodi ordinibus maioribus constitutos, ordine quidem privari, & idiotas seu laicos effici, attamen non videtur ibi matrimonium irritum facere, ut quidam arbitrantur, sed falso, non enim ratum, ait §. ille, neque etiam, §. sed etsi quia, cap. 42. de Nuptiis, Nouella 22. cum privat sacerdotem sacerdotio ob ductam uxorem, iuxta sacros Canones. Quin contra in §. sancimus, eius c. 42. Nouella 22. omnem spem matrimonii adimi sacerdoti vel in maioribus ordinibus constituto. Idem videtur statuere, in §. si autem, c. 14. de sanctissimis Episcopis, Nouella 123. Exstat & nuper inuenta eius Græca constitutio, in qua matrimonium in his gradibus ordinatis prohibuit expresse, declaratque, filios ex tali concubitu genitos peiores nephariis & incestuosis, inhabilesque ad quippiam accipiendum. Exstat nunc illa constitutio inter leges Codicis Iustiniani, titulo de Episcopis & cler. incipiens, sacris Canonibus, num. 45. & Auth. multo magis, eod. tit. videndus Balsamon, ad cap. 6. sexta Synodi in Trullo. Fuit tamen inuenta minor poena per Nouellam Leonis 79. verum & illa fuit sacris Canonibus sublat. Cum enim placuerit in antiqua lege, sacerdotes tempore ministerii abstinere debere ab uxoribus, cum per vires tantum fungerentur sacerdotio, Luca, c. 1. can. 4. tenere 31. dist. vide cap. 8. in fine Levit. Nunc, cum quotidie quilibet sacerdos possit offerre sacrificium præstariis antiquo, debet perpetuo se ab ea coniunctione abstinere, semper orandum ei & sacrificandum, semperque a matrimonio cauendum, can. si laicus; can. sacerdotibus, 31. distinctione.

**A e** In capit. fina. de Transactio, can. deinde opponitur 26. dist. tota, 28. quest. 1. Sed apud infideles, ut dictum, non est ratum, quin possit separari altero veniente ad fidem Catholicam, altero in infidelitate remanente, c. quanto, c. gaudemus de Divortio.

## CAPVT V.

## De consensu.

**B** MATRIMONIUM perficitur, consensu in matrimonium de præsentibus eorum, de quorum coniunctione agitur. a.

## SCHOLIA.

a can. sufficiat, 27. quest. 2. In nuptias, de Regul. iur. P. Quare cum consensus exprimi possit, alio modo quam verbis, & sine illis mutus & surdus, matrimonium contrahunt, cap. cum apud, & cap. is qui fidem, de Sponsal. cap. 1. de matrimonio contra interdict. Ecclesia contracto.

## CAPVT VI.

- 1 Institutio matrimonii a quo.
- 2 De forma contrahendi.

**F**VI institutum matrimonium a Deo 1 in Paradiso & statu innocentie ante peccatum, a ad officium naturæ ab initio: b Sacramentum postea nouæ legis datum a CHRISTO. c.

**D** Ideo & rite coniungitur per sacerdotem palam, bânis seu proclamationis præcedentibus, vel redemptis, seu indultis, & cum eius benedictione, d alioquin, quod pertinet ad Ecclesiam, quæ de occultis nõ iudicat, e matrimonium clam contractum pro matrimonio nõ iudicat. f Quamquam quod pertinet ad Deum, cui omnia patet, g verum & indissolubile sit matrimonium clam contractum sine presbytero, h consensu de præsentibus habito, vel dato inter præsentibus, verbis vel signis, inter absentes, i per literas, nuntium, k & procuratorem habentem ad hoc speciale & sufficiens mandatũ. l Forma contrahendi sunt verba expressa, quæ declarant consensum præ-

sentem ad contrahendum, *m* vel alia, quæ A  
pro verbis expressis habentur. *n*.

## S C H O L I A.

- a Cap. unic. de voto, in Sex. Genesis, capite primo, & secundo.
- b Dicto cap. 1. Genesios, ibi, crescite, &c.
- c D. Matthei, cap. 9. vide Sanctum Thomam, Parte 1. Summa in addit. quest. 42. arg. 2.
- d Can. nullus fidelis, can. nostrates, can. sponsus, 10. quest. 5. cap. cum inhibito, de Clādest. de sponsatio. In Concilio Tridentino, Sess. penult. Ritus nuptiarum ex religione fit, quemadmodum ut antiquitus inter Ethnicos ritus adhibebantur, id est, ceremonia sacre, pro matrimonio contrahendo, ut apud Dionys. Halicarnasum in 2. Et exstat inscriptio, ita tituli in Pandectis, de Ritu nuptiarum, facit can. 1. 30. quest. 5. Pontificale namque & religionis nomen est Ritus. Est enim ritus teste Hieronymo & Talmudistis, idem quod bonus seu religiosus, a quo rituales libri dicuntur, teste Festo, in quibus traduntur ritus, quo pacto sacrantur ades, fana, templa, vrbes, exercitus, & huiusmodi Ritus & caremonia contrahendi matrimonii, ex legibus Ecclesie & locorum pendent, qua quantum fieri potest, dummodo a lege Dei non aberrent, expedit conseruari, ad conseruandam pacem & unitatem societatis humane. Iussit & Leo Imperator, Nouella 89. tit. ne matrimonia citra sacram benedictionem confirmantur, matrimonia sacra benedictione confirmari, & si qui sine hac matrimonium ineant, matrimonium non dici voluit. Concilio Carthagenensi 4. capit. 3. Et constitutum, ut sponsus in templum deducatur, ad benedictionem sacerdotis recipiendam, Ambros. libr. 9. Epistolarum, Epist. 70. Ipsum, inquit, conjugium velamine sacerdotali, & benedictione sanctificari oportet. Rursum Tertull. lib. 2. ad uxorem, unde sufficiam, inquit 1. ad enarrandum tantam felicitatem

matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsequium Angeli renunciant? Nuptia apud Romanos, non nisi augurato fiebant ut colligitur ex Plinio, lib. 10. c. 8. & rursum, lib. 18. cap. 3. In sacris nihil religiosius consurrationis vinculo erat: nouaq; nupta furreum prefererebant. Proclamationes, que ante benedictionem matrimonii sunt, pertinent ad cautionem, ne contra prohibitionem nubendi fiat coniunctio, ideo enim indicatur futurum matrimonium inter certas nominatasue publice personas, ut si qui sint, qui nonerint quoddam impedimentum contrahendi, renuncient curioni vel sacerdoti, dicto capit. finali de clandest. de sponsatio. Proclamationes istas, banna dicunt, capit. fin. qui matrim. accus. poss. cap. cum in tua diocesi, 27. de sponsalibus, ubi Hostiensis & Ioannes Andreus, notant, ideo forte banna dicta, quia sub banno seu sub pena excommunicationis precipiebat sacerdos, ut nullus impedimenta si qua nosset, celaret. Quemadmodum legimus in can. statumimus, 16. quest. 1. Anastasium Episcopum in hac verba statueri, Bannum nostrum componat, communionem priuetur. Ibiq; Gloss. tradit, bannum esse 60. solidorum penam, ut in lege Lombardie continetur, & sic semper intelligi debere, ubi non determinatur.

e Cap. unic. ut Ecclesiast. benef. sine diminutio. conferant. can. erubescant, 3. 2. distinct.

f Can. Christiana, 3. 2. quest. 5. f deo, quamdiu latet probatio matrimonii clam contracti, Ecclesia non impedit quominus aliud publice contrahatur. Si tamen postea publicetur matrimonium, per eos, qui clam contraxerunt, comprobatur Ecclesia perinde, ac si ab initio in Ecclesia conspectu fuisset contractum, cap. 2. de Clādest. de spons.

g Deo nihil occultum, cano. Deus. 24. quest. 3. canone Archidiaconum 85. distinct.

h Ut habetur in cap. 2. & ibi per Glossam fin. & cap. 3. de Clādest. de sponsat. Deus enim

enim matrimonium dicitur coniungere, **A** non homo: ideo dictum, Quod Deus coniunxit, homo non sepatet, capit. inter corporalia, de Transact. Episc. can. an quod in subditos, & canone quod Deus, 33. quest. 2.

**i** Ut in can. honorantur, 32. quest. 2. l. sufficit, & l. finali, de sponsalib. l. mulierem, de Ritu nupt. l. denique Cinna. 6. de Ritu nupt. P.

**k** cap. ex parte tua, 14. de Conuersio. coniug. ibi, Prius mulierem ipsam median- tibus internunciis, per verba de præ- senti, artha etiam interposita, despon- sasse, &c. l. mulierem 5. de Ritu nuptiarum P. ubi Pompo. mulierem absens per li- teras eius, vel per nuntium nubere posse placet, &c. deliteris vide Angelum Cla- uasium, in Summa, in verb. matrimoni- um, num. 20. 21. & 22.

**i** Cap. Procurator. de Procuratorib. in Sex. **C** ubi in §. fin. illud singulare. Quod si Pro- curator specialiter constitutus ad contra- hendum matrimonium, reuocetur, ante- quam contrahat, contractum postea licet iam Procurator quam ea, cum qua con- traxit reuocationem huiusmodi penitus ignorauerint, nullius momenti matrimo- nium penitus existet, cum Domini man- dantis consensus reuocatione defecerit, si- ne quo non potest contrahi matrimonium. **D** Licet iurauerit quis se non reuocaturum Procuratorem. Nam quemadmodum di- citur de sponso, qui promisit nuptias se con- tracturum, perirurus quidem est, sed eo non obstante potest aliam ducere, quam cui promisit, capit. sicut, & capit. inter, de Sponsal. Quare dicunt cautius agi, si post contractum matrimonium per Procura- torem ratificatio fiat.

**m** Kl. Ego te accipio in vxorem: ego te accipio in virum seu maritum, vel simi- lia verba, cap. penultimo, & cap. tua nos, de sponsalib. Ego te accipio in meum, ego te accipio in meam. cap. licet de spo- sals. duorum. Quemadmodum inter Ethni-

cos Romanos, verba illa frequentius usur- pata, Tu mihi Caius, tu mihi Caia. ut scribit Titus Probus in fine Valerii Ma- ximi.

**n** Cuiusmodi sunt certa signa voluntatem exprimentia, qualia sunt in multis, in c. cum apud, de Sponsa. vide Panormi. ad ca. tua fraternitatis, eodem titul.

## CAPVT VII.

Finis &amp; causa matrimonii.

**F**INIS matrimonii, propagatio, & con- seruatio generis humani: *a* certa & le- gitima proles educatio, *b* vtque simile ad- iutoriū sibi homo habeat *c* & post lapsum remedium fornicationis, vt impudicæ cō- iunctiones vitentur. *d* Quare consensus in- matrimonium tria, vel implicite, in inten- tione seu habitu habet, quamuis aliunde prohibeatur, ne semper accedat. Primum, est vinculi inseparabilitas, ratione cuius in- matrimonio est bonum Sacramenti. Se- cundum, est bonum fidei, in dando & non negando potestatem sui corporis coniugi. Tertium, in bono proles, quod eius causa & intentione, si Deus largiri voluerit; & in summa tria bona matrimonii, Sacramen- tum, fides & proles. *e* Et quamuis virgini- tas sit præstantior matrimonio, *f* tamen matrimonium generi humano necessarium nec contemnendum. *g* Imo honorabile coniugium, thorus immaculatus. *h* Sed hæc pro summaria Sacramenti matrimo- nii inspectione sufficiant, reliqua quippe, quæ ad sponsalia & nuptias pertinent, in alio libro exsequemur: perueniamus ad vltimum ordinis Sacramentum.

## SCHOLIA.

**a** Genes. 1. vers. 28. **D.** Matthæi, cap. 19. ca. Deus, 31. q. 1. in princi. & ca. nuptia, 32. questione 1.

**b** In l. 1. §. ius naturale, de Iustitia & iure.

**c** Genes. 2. vers. 18. & 22. Ecclesiast. 17. vers. 5.



- d** Priore ad Corinth. c. 7. vers. 1. bonum est A  
homini mulierem non tangere, pro-  
pter fornicationem autem vnusquis-  
que suam vxorem habeat, & vna quæ-  
que suum virum, &c. Facit, ca. non enim,  
3 2. quest. 1.
- e** Ca. omne bonum, 2 7. quest. 2. c. fin. de Con-  
dit. Apposit. vide multa & pulcra, & v-  
tilia nisi fallar, quæ diximus, lib. octauo.  
Syntagm. iuris vniuersi, capite primo.
- f** Ca. nuptia, & ca. integritas, 3 2. q. 1. ca. B  
quis ignoret, 3 2. questione quarta.
- g** Ca. si quis propter, c. si quis vel, ca. si quis  
nuptias, 30. dist. ca. si quis vituperat, ca.  
quicumque virginitatem, 3 1. distinction.  
in cap. 30. Apostolorum.

## DE SACRAMENTO

## ORDINIS.

## TIT. XIII.

*Tractatur de hoc, in titulo de Temporibus or-  
dinandorum, & qualitate ordinandorum, lib. 1.  
Decretalium tit. 11. lib. 1. Sexti tit. 9. & apud  
Gratianum distinctio. 21. 24. 25. 50. 51. eo perti-  
nent tituli libri primi Decretalium 12. de Scr-  
utinio in ordine faciendo, & Nouella de Sanctissi-  
mis Episc. & 24. Gratia. 13. de Ordinatis ab Epi-  
scopo qui renuntiauit Episcopatu, 14. de Etate  
& qualitate & ordine proficiendorum, & in  
Sexto lib. 1. tit. 10. in Clement. lib. 1. tit. 6. No-  
uella Iustina. 6. quomodo oporteat Episcopos &  
clericos ad ordinationem produci, &c. In Nouel-  
lis Leonis sunt ha. 2. qui alioquin principe sacer-  
dotio dignus est, si legitimi liberi illi sint, non im-  
pediatur illum consequi, 3. ut qui sacerdotes cre-  
andi sunt secundum Ecclesia ritus ea lege creen-  
tur, ut omnē deinceps vitam cœlibē agant, &c.*

## CAPVT I.

*Sacramentum ordo, & quid.*

**I**NTER Sacramenta, ordinis Ecclesiasti-  
ci Sacramentum ponitur, *a* qui habet  
Ecclesiasticam Hierarchiam. *b* Ita ordo,  
est signum seu signaculum quoddam, per  
quod spiritualis aliqua potestas, & officium  
traditur ordinato. *c.*

## SCHOLIA.

- a** Ca. fin. de Presbytero non baptizato mini-  
strante.
- b** Hierarchia, est sacer ordo vel sacer prin-  
cipatus, hoc enim nomen Græcum refert.
- c** In quarto sententiarum distinctione 24.

## CAPVT II.

- 1** Quot sunt ordines secundum Theologos  
& ius Pontificium.
- 2** Diuisio in maiores & minores.

**S**EPTEM sunt ordines ex communi sen-  
tentia Theologorum Ecclesiastici; ve-  
luti classes septem, ad quas vniuersus cle-  
rus referri potest; nempe Ostiarius, Lecto-  
rriatus, Exorcistatus, Acolytatus, Subdia-  
conatus, Presbyteratus. *a.*

Secundum iuris pontificii decisiones,  
*b* his duo alii adduntur: ante omnes præ-  
dictos primum Clericatum seu primam  
tonsuram *c* ponimus; postremum vero  
Episcopatum *d*. Ita nouem erunt ordi-  
nes. *e* Quod pertinet ad gradus ministro-  
rum Ecclesiasticorum & ad Ecclesiasti-  
cam Hierarchiam, quæ imitatur cœlestem,  
*f* in qua totidem, nempe nouem sunt;  
*g* Clericatus seu prima tonsura, quæ vul-  
go corona dicitur, est ianua omnium or-  
dinum, *h* & seminarium clericorum, *i* ex  
**D** quo aliorum ordinum clerici sumuntur.  
Oportet autem a minori hoc gradu cleri-  
catus successiue peruenientem, ad Episco-  
patum conscendisse, non per saltum seu  
inuerso ordine. *k* Dicunt vero Theologi,  
primam tonsuram non esse gradum, sed  
designationem & veluti signaculum eo-  
rum, qui ad ordines promouendi sunt,  
*l* quemadmodum Episcopatum asserunt  
non esse etiam ordinem, sed apicem ordi-  
nis ex Presbyteratus ordine, ex quo vnus  
aliis præficiatur. *m.*

Rursum ordinum Ecclesiasticorum, *n*  
quidam Minores, quidam Maiores dicitur:  
Minores sunt, qui sacramentali vnctione,  
sola Episcopi benedictione, cum quadam  
vasorum